



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio I. De Tributis sine lite Sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

LIBER LXI.

DE Tributis, & Vectigalibus iam sermo procedit.
Ostendam, Qui ea imponere iure possint: Quibus rebus?
Quenam solvendi obligatio? Quinam à Tributis sint
immunes?

SECTIO PRIMA.

De Tributis Receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

Quid sit Tributum, Vectigal:

¹ **T**RIBVTVM, seu vectigal genera-
tim acceptum, est pensio, que
Principi soluitur ad onera commu-
neratim. Et ma sustentanda. Profectò pensio hæc variis
de vectiga- nominibus appellatur iuxta varietatem cau-
li, ac portio- sarum, ob quas imponitur. Nam pensio, quæ
rio specia- soluitur pro rebus, quæ in Provinciam inue-
liter. huntur, dicitur Vectigal, & Portorium His-
panæ Portazgo. Et etiam Portorium vocatur
pensio illa, quæ soluitur pro transue-
ctione mercium per pontes ad earum conser-
uationem.

² Pensio vero, quæ soluitur à transeuntibus
per aliquam viam pro viarum custodia, dicitur
De Pedagi- Pedagium Hispanæ Peage. Quæ soluitur
gio, & Ga- pro rebus venditis, vel permutatis, Gabella
bella. Hispanæ Alcauala appellatur.

³ Quæ autem pensio singularis personis im-
ponitur, ad eas solum attendendo specialiter
De Tributo ponitur, ad eas solum attendendo specialiter
personali, dicitur Tributum Personale, seu Capitale.
& reali. Denique pensio, quæ imponitur ratione
honorum, quæ quis habet, habita eorum
proportionem, etiam dicitur specialiter Tribu-
tum, & quidem Reale Omnes sic Doctores.

CAPVT II.

De iis, qui iuste possunt Tri-
buta imponere.

⁴ **I** qui suis in terris nullum supe-
riorem recognoscunt, nempe Im-
peratorem, Rex, Respublicæ perfe-
cte, & alij Principes possunt tributa, seu
recognoscunt vectigalia imponere, quia eis incumbit Rei-
publicæ cura, & administratio. Consonum

ergo est rationi, ut possint à subditis tributa *buius im-*
necessaria exigere ad suæ potestatis confer-
nationem, & ad prospiciendum Reipublicæ,
& ad illius curam gerendam.

Non autem id possint alij inferiores supre-
mum aliquem recognoscences, nisi ab *Non id*
eo eam facultatem sint adepti, saltem *con-*
suetudine legitima, quia inferioribus hisce *feriores.*
non incumbit Reipublicæ prospicere, nisi cum
subordinatione ad supremum Principem: ac
proinde nec tributa imponere nisi ex Principis
præscripto. Est omnium.

Porro inferiores, qui absque legitima au-
thoritate nova tributa imponunt, vel *Qui ille-*
tera agent, & exigunt, non solum tenentur *giunt no-*
ad restitutionem, sed etiam incurrunt excom-
municationis poenam in Bulla cæne conten-
tam. Bonac. in *exposit. Bullæ cæne* q. 6. & 19. *excommu-*
p. 1. & 3. nicationem

Attamen quamvis inferiores nequeant *incurrunt.*
tributa imponere, Oppida superioris recogno-
scentia possunt *collectas*, seu *tallas* Hispanæ
sitas imponere oppidanis pro aliqua publica
Oppidi necessitate. Galp. Hurtad. de *inst. d. 14.*
diffic. 2. ex communi.

CAPVT III.

De conditionibus requisitis,
ut Tributa, seu Vecti-
galia iuste imponantur.

⁷ **R**ÆTER legitimam anchoritatem
requiruntur, ut tributa, seu ve-
ctigalia iuste imponantur. Primò
quidem ut adsit iusta causa. Est autem causa
iusta ad id, necessitas, aut utilitas magna ad
omne bonum, quando ei nequit aliter quàm tri-
butum impositione commode prospici, v. gr.
quæ hoc hæc impositio est necessaria, vel valide
utilis ad viarum securitatem, vel ad moeniorum re-
parationem vel pontium, & præsertim ad defensionem
patriæ, vel ad eius tranquillitatem. Vel ad co-
gruam

B b 4

gruz

grae Principis sustentationem, quando ei nequit subveniri nisi tributorum impositione quia Principi bono communi Republicae prospiciendi debita procudubio est sustentatio sic omnes. Et id verum crediderim, etiam si necessitas impositionis tributorum culpa Principis contingat, ut quando sua prodigalitate exactum est publicum ararium, aut captus est in bello ex sua parte iniusto, ac redimendus est, aut aliter incidit in inopiam, si ea bono si nociva communi Existimo verò tributa, quae imponuntur, quia Princeps sua culpa subiit inopiam, teneri eum, si possit restituere. Hurtad. de iust. disp. 14. dub. 3. & alij.

8. Secundò requiritur, ut tributum sit necessitati proportionatum, pro qua imponitur proportionem Arithmetica, id est, quod non imponatur maius, quam necessarium sit.

9. Tercio ut imponatur proportionatum etiam subditis proportionem Geometrica, id est, iuxta facultates, & lucra subditorum, nempe quod ditioribus & magis lucrantibus maius imponatur, & minus eis, quis minus ditiores sunt, & minus lucrantur, quantum commodè fieri possit. Ex his colligo, cessante necessitate in totum, vel in partem, etiam debere cessare tributum in totum, vel in partem, nisi necessitas non superueniat, ob quam potuisset de novo imponi.

CAPVT IV.

De rebus, quibus possunt iuste imponi Tributa.

10. **REBUS** possunt iuste imponi rebus, quae ad lucrum seu negotiationis causa venduntur. Unde tributum impositum Doctoribus placet, ordinariè licitum non esse ea imponere super eis res super rebus, quae ad usum necessarium familiae quae ad usum venduntur, aut aduehantur, aut venduntur, aut aduehantur, aut venduntur, quam diuites. Cap. Quamquam de cens. in 6. leg. Vniuersi. C. de vectigal. Exactores autem huiusmodi vectigalium sunt excommunicati in Bulla contra Diana p. 2. tr. 3. resolut. 28. Cuius v. Vectigal. Angel. v. Pedagogium, nu. 3. Tolet. l. 5. c. 73.

11. In quatuor tamen casibus possunt talia vectigalia imponi. Primò, si publica necessitas urgeat, & vectigalia, quae aliunde possunt colligi non sufficiant. Secundò, si ob aliquam causam publicam ex totius populi consensu statuatur. Tercio, si pro viarum securitate, nempe personarum, aut rerum securitati aliter consili nequit. Quarto, si sit consuetudo, quae hominum memoriam excedat: modo non confect, causam, ob quam imposita tributa fuerint, cessasse. Navar. sum. cap. 17. numer. 202. Syluest. v. Gabella 3. g. 5. Lef. lib. secund. cap. 33. dub. 7. Sylui. 2. 2. g. 66. a. 8. concl. 4. Unde non est damnanda consuetudo.

do, quod gabelle imponuntur carnibus, piscibus, vino, salis, oleo & aliis huiusmodi rebus, quando venduntur, vel emuntur vel extrahuntur etiam ad proprios usus, quia non est contra ius naturale, vel diuinum, ut huiusmodi gabelle, vel collectae imponantur; non enim sequitur, ut pauperes magis, quam diuites onerentur: nam pauperes solent paucis esse contenti, ac modico vivere, unde pauca vendunt, vel emunt, & consequenter modicum solunt. Et quia ius Canonicum, & civile possunt consuetudine abrogari, quare hae in re consideranda sunt Prouinciarum, vel ciuitatum consuetudines. Praefati Doctores.



CAPVT V.

De soluendi tributi obligatione.

ABELLAE iuste soluende sunt in foro conscientiae, & eas fraudantes in summa notabili, lethali ter peccant, & ad restitutionem tenentur, quia quod iuste exigitur, hand potest abique iniustitia defraudari: Sayr. in Clau. l. 9. cap. 16. da. num. 30. Lef. l. 2. c. 3. dub. 8. Valentia. 3. d. 5. qu. 6. p. m. 5. Molina. tr. 2. d. 674. Tolet. l. 5. cap. 73. num. 3.

Scio Doctoribus placere non paucis, vectigal pro rebus de loco in locum transuectis solui non debere, nisi exigatur, modo nihil actum sit fraude. Crediderim autem latius haberi, & seruare loci consuetudinem, ut scilicet seruanda subditis sponte se debere id aperiat, si consuetudine receptum sit: alias non. Valquez consuetudine in oppos. c. 6. §. 3. d. 2. n. 26.

Profectò ille, qui rem aliquam desert, emit aut vendit ad suae extremam, vel magnam necessitatem leuamen, non debet in conscientia vectigal, quia respecta talis personae censetur immo dicum, ac proinde debita iniustitia vectigalis forma carens. Petr. Navarra l. 3. de cessantibus rem vendit.

Gabella, vectigal, seu tributum non debentur, quando cessant causa propter quam imposita fuerint, quando autem causa cessant solum per accitens, & Princeps agit, quod in se est, remanet soluendi obligatio, quia iam tunc exigitur. Princeps verò non praestans id ad quod tributum accepit, tenetur ad restitutionem, quia non pro se sed pro tali causa tributum accepit. Molina tract. secund. d. 667. Valquez oppos. cap. sext. §. 3. d. 4. c. 5. Suar. de censur. d. 4. c. 5.


Emptor non tenetur ad soluenda vectigalia pro mercibus emptis à venditore, quae nouit debitum vectigal fraudasse etiam si illud soluendum sit ex quora, id est, aliqua portione, & parte determinata mercium, quia onus soluendi vectigal pertinet ad eum, qui res aduehit, & vendit: modo emptor non fuerit cooperatus venditori ad gabellam defraudandam. Officiales tamen possunt facere executionem in illis mercibus, pro quibus tributum soluendum non est, quamuis merces ad alios perue-

Seet I. de Tributis Recept. Sentent. 297

nerint, quia eiusmodi merces hypothecae obligationem contrahere, cum qua transiit ad emptorem; executio autem fieri potest in re, quae fuit hypotheca. Molina *tratt. secund. d. 675. Sa v. Gabella. n. 9. Lessius. l. 2. c. 33. dub. 9.*

17
Potest
Principis
creditor ve-
ctigalium
fraudatio-
ne sibi co-
mpensatione
gerere, quia
do aliter
non potest.

Principis creditor potest sibi fraudatione vectigalium compensationem facere, quando non potest solutionem sibi debitam à Principi obtinere: Et hoc verum, etiam si alteri elocatum sit vectigal. Quia conductor non habet maius ius, quam principalis habet. Idem vivunt in censibus. Decimis, & similibus iuribus elocatis alteri: modo Dominus principalis non transferat totum ius, seu dominium vectigalis seu census in conductorem: tunc enim si prior dominus mihi ex causa aliqua debitor fieret, post illam alienationem, vii compensatione non liceret. Sylvest. *v. Gabella. 3. q. 9. Navarra de rest. l. 3. c. 1. n. 246. Molina rr. 2. d. 674. num. 10. Valquez opus. c. 6. §. 3. dub. 3. n. 37. Malder. 2. l. tract. 5. c. 9. d. 16. Diana p. 2. tract. 2. re. sol. 16.*



C A P V T VI.

De iis, qui sunt à tributorum solutione immunes.

18
Quinam
Clerici sunt
à tributorum
solutione
immunes.

 **M**ONES Clerici Sacrorum Ordinum, & Beneficiorum, & Religiosi, & Religiosae ab obligatione gabellarum, vectigalium, tributorum, & altorum onerum sunt immunes. Quia hi omnes vel firmiter Ecclesiastico sunt statui addicti, vel actu Ecclesiae deserunt. Clerici vero minorum Ordinum, & primae tonsurae secundum Canones, si non sint coniugati, liberi etiam sunt à tributis. Longa tamen consuetudine contraria hi, qui nec beneficium habent, nec ulli Ecclesiae deserviunt videntur hanc exemptionem amisisse, etiam si coniugati non sint, quia iam à multo tempore vectigal, & gabellas sicut laici solunt. Coniugati vero Clerici neque iure Canonico, neque consuetudine sunt à vectigalibus exempti. Manu. *parte secund. sum. capit. 73. numer. 18. Contrarias prax. capit. 31. numer. quinto & 9. Quaranta. v. Vectigal. Diana parte prim. tract. secund. resol. 36. & 37. Cap. Quinquaginta. de cens. in 6.*

Clericus negotiationem exercens, ex rebus quas negotiationis gratia aduchit, *De rebus tenetur gabellas solvere.* Si vero vendat vi ad negotium, oleum, & alia, quae ex bonis proportionem ad prius percipit, non tenetur solvere, quia nullis rebus non dicitur negotiari, dum vendit res ex *venitur.* propriis bonis tam Ecclesiasticis quam patrimonialibus collectas; negotiari enim dicitur, qui rem emit, ut eam carius vendat ad luctum comparandum. Quando vero vectigalium exactori non constat, an quae Clericus aduchit, aduchat negotiationis causa, aut ad propriam sui & familiae sustentationem, standum est iuramento Clerici, & ipsius nunciorum, nisi aliud circumstantiae suadere videantur. Diana *parte prim. rr. secund. resol. 46. Lessius lib. secund. cap. 33. numer. 23. Mol. tract. secund. d. 672. n. 1. Bonacin. de rest. d. 2. q. 9. pun. 2. n. secund. Tolet. l. 5. cap. 73.* Iuramentum autem hoc praestandum est coram iudice apud quem iuridice probandum est, an sit verum, quod affirmatur. Cum vero iudex Ecclesiasticus respectu personarum sit legitimus huius rei iudex ratione earum exemptionis, apud illam faciendum est hoc iuramentum, non apud iudicem saecularem. Iidem Doctores.

Bona patrimonialia & alia saecularia, quae ad Ecclesiam, aut ad Monasteria adveniunt, *Bona patrimonialia sunt à novis tributis imponendis.* Tamen si priusquam ad illos venirent, onus sunt immunitatis, aliquid certum, & inevitabile habebat annexum, scilicet censum aliquem, vel servitutem Principi debitam, vel onus reparandae viae publicae adiacentis: hoc etiam ab Ecclesiastica persona est praestandum, quia res quaeque suo cum onere transit. Sylvest. *v. Immunitas. 1. num. 9. Diana parte 1. tract. secund. resol. 39.*

Ad gabellam, quae imponitur communitati pro viarum, pontium, murorum urbis, & similium reparatione, Ecclesiastici non tenentur: nisi forte illa gabella imponeretur *postea ad aequae principaliter omnibus, Clericis scilicet viarum, & laicis, eo quod principaliter de Clericorum & laicorum reparationem.* utilitate agatur. In hoc tamen casu Princeps saecularis non potest per se ipsam compellere Clericos ad hanc gabellam, nisi superioris Ecclesiastici accedat autoritas. Manu. *p. 2. c. 75. n. 13. & 14. Layman. l. 4. rr. 9. c. 6. num. 6. Molina d. 673.*

Contra imponentes vel exigentes gabellas, vectigalia, vel alia tributa Clericis, aliisque personis Ecclesiasticis, vel ex eorum bonis, lata est censura excommunicationis non solum reservata in Bulla Censurae, sed etiam in *Cap. Quinquaginta. de cens. in 6. Lege Suarium de cens. d. 21. sect. 2. n. 99. Molina d. 670.*